

quam conditio. Sed verior mihi videtur sententia Suarii et aliorum, ut supra, quia illa est vera conditio, qua non impleta, facultas non conceditur. Dicit Fr. Theodorus à Spir. Sancto sufficere ad absolvendum satisfactionem fidejussoriam, aut juratoriam, semper ac confessarius iudicet quod absolutio proderit poenitenti, nec eum retardabit a satisfaciendo.

»Verum hæc opinio magis speculative quam practice est probabilis: hinc verius dicendum cum Croix et Viva non posse eo casu absolutionem a censuris impertiri, nisi realiter præmittatur satisfactio; idque expressum est a Benedicto XIV, in constit. *Convocatis* (in Bullar., tom. 3, pag. 160, num. 27), ubi dicitur: Ab occultis censuris ob partem læsam incursis (confessarii) «non prius absolvant, quam parti læsæ poenitens satisfecerit; vel si prius poenitens nequeat, non eum absolvant, nisi juret se satisfacturum cum primum poterit.»

»Recte tamen dicunt Croix et Viva cum Sanchez, etc., bene censeri satisfactum parti, si absolvendus ita rem disponat, ut satisfactio sit certo moraliter implenda: prout si poenitens det confessario, aut deponat apud alium quod restituere debet. Et idem ait Viva, si poenitens ex consensu partis obtineat dilationem. Antequam autem satisfiat fisco vel iudici, bene potest impertiri absolutio, ut dicunt Tambur., Suar., etc.

»Si vero poenitens sit impotens ad satisfaciendum, tunc valide et licite absolvi potest cum veriori et communiori sententia, quam tenent Spor., etc. (contra Sotum, Navar., Cordub., qui dicebant non esse absolvendum qui satisfacere non potest, cum satisfactio sit conditio sine qua non). Ratio nostræ sententiæ est, quia non præsumitur Pontifex impossibilem conditionem postulare. Nec tunc requiri fidejussionem, vel pignorationem, aut juramentum dicunt Spor. et Viva, eo quod (ut ajunt Suarez, Navar., Lay-

man, etc.) istæ cautiones solum exiguntur pro foro externo. Sed juxta verba Pontificis supra relata, tunc omnino saltem exigendum est juramentum de satisfactione implenda, cum præcipiatur confessariis: «Non eum absolvant, nisi juret se satisfacturum.» Recte vero dicunt Tamb. et Belleg. apud Croix, non esse opus tali juramento, si poenitens revera esset *perpetuo* impotens ad satisfaciendum. Præfatus autem Fr. Theodorus subdit damnificantem absolvi posse:

»1.º Si pars læsa acceptet satisfactionem, vel eam remittat, licet ad fuerit damnum publicum, ut dicit glossa in cap. *Quamvis, de pactis*, in 6. Hinc, si quis percusserit clericum, sufficit ei se submittere, vel quod offensus injuriam remittat, aut ita se gerat ut prudenter præsumatur omnem offensam remisisse. Recte vero advertit Croix cum Bonac., etc., non sufficere remissionem monachi offensi, si injuria in totam redundaverit communitatem: et hanc testatur Filiucius esse praxim Sacræ Poenitentiarie.

»2.º Si pars renuat justam satisfactionem oblatam; quia tunc per ipsum non stat: ita præfatus auctor cum Candido.

»3.º Si poenitens præstet partem quam potest, et pignus aut juramentum de reliquo.

»4.º Si debitor non possit tunc satisfacere, nisi cum magno damno aut incommodo; nisi pars læsa idem damnum ex dilatione subiret. Ita idem auctor cum Navarro et Avila, qui addit quod, cum creditor sit distans, potest absolvi debitor, si deponat pecuniam in loco tuto.»

El Santo Doctor, en el lib. 7, número 12, vuelve á tratar esta cuestión y mitiga algún tanto lo que había dicho en el lib. 6, núm. 537; donde tiene por cierto moralmente que es nula la absolución dada *non satisfacta parte*, cuando el que la im-

puso pone esa condición general *satisfacta parte*; pero después, en el número 121, aunque no defiende la contraria, no se atreve á llamarla improbable. Dice así:

»Quæritur utrum sit invalida absolutio censuræ data a delegato non satisfacta parte, si illi facultas concessa est absolviendi cum clausula *satisfacta parte*? *Probabiliter* negant Sanch., Pal., etc., nisi exprimat in concessione *nullam fore* absolutionem, hac conditione non impleta: alias, cum illa conditio sit de jure, intelligitur apposita ad monendum delegatum, non ad limitandam facultatem. Sed probabilius affirmant Suar., Spor., etc., cum communiori sententia, ut fateatur ipse Palaus. Ratio, quia prædicta clausula probabiliter importat veram conditionem, ut in simili dictum est (lib. 6, num. 1115, circa finem). Tanto magis, quod cum Pontifices volunt tantum monere de aliqua obligatione, monitionem exprimunt per verbum *hortamur, monemus*, et simile; cum vero adhibent ablativum absolutum, aliquid aliud exprimere intendunt. Hoc tamen non obstante, *non puto improbabilem* (ut dixi) *primam sententiam*, saltem ob auctoritatem doctorum qui hic illud *satisfacta parte* non interpretantur pro conditione. *Omnes autem conveniunt graviter peccare confessarium qui censuratum absolvet parte non satisfacta.*»

En el núm. 127 reune las condiciones que se exigen para que se absuelva legítima y lícitamente al censurado; y aunque de algunas de ellas ya se ha tratado, me parece conveniente copiar lo que dice San Ligorio, por la claridad con que trata esta materia y por la grande autoridad que tiene el Santo Doctor. Dice así:

»Sed pro complemento hujus puncti hic sedulo recensendæ sunt solemnitates requisitæ à jure ut absolutio debite impendatur.

»Requiritur 1.º, ut reus prius satisficiat parti, in cujus damnum commis-

sum fuit crimen, ob quod censura lata fuit, nimirum furtum, percussio, etc. Nam licet absolutio data parte non satisfacta fuisset valida, graviter tamen peccat absolvens, et tenetur illi damna restituere, quia ex officio tenebatur ei consulere: ita communiter Avila, Coninch., etc., cum Salmant. Sufficit tamen, cum creditor est in loco distanti, si reus pecuniam in loco tuto depositet, ut possit absolvi, ut bene notant Salmant. cum Avila.

»Tribus tamen casibus potest reus absolvi, non satisfacta parte:

»1.º Quando pars injuriam remittit; sufficit enim satisfactio damnificati, quin satisfiat Ecclesiæ, ut tenent Salmant. Hinc, si percussus a clerico remittat injuriam expresse vel tacite, percussorem familiariter tractando, hic bene posset absolvi, ut Avila, Navar., Sylv. apud Salmant.

»2.º Quando pars læsa rejicit justam satisfactionem oblatam; quia tunc jam per se satisficit: Salmanticenses, etc.

»3.º Quando reus impotens est ad satisfaciendum; quia tunc iudex eum absolvere bene potest, immo tenetur, et valet compelli, ut ait Coninch. apud Salmant., ex cap. *Qua fronte, de appellat.*; quia cessante contumacia, debet reus absolvi. Reus tamen qui non est solvendo nec in toto nec in parte, debet cautionem præstare, si potest: alias, saltem juramentum solvendi cum poterit, ex cap. *Oduardus, de solut.*, et cap. *Ex parte 23, de verbor. signific.* Hoc autem currit, si reus certe est debitor; nam si habet opinionem probabilem pro se, vel si sit dubius, cum melior sit conditio possidentis, non potest obligari nisi ad summum ad præstandum juramentum solvendi, si de obligatione constiterit. Quod si debitor statim solvere non posset nisi cum magno damno aut incommodo, potest etiam, præstita cautione, absolvi; nisi pars idem incommodum ex dila-

tione pateretur, ut Navarrus cum Salmanticensibus, etc.

»Requiritur 2.º, ut reus ante absolutionem censuræ præstet juramentum de non committendo amplius tale crimen (1); colligitur ex cap. *De cætero*, et cap. *Ex tenore, de sent. excom.* Hoc juramentum tamen exposcitur *tantum* ab iis qui ob enorme crimen excommunicationem incurunt, utpote sunt scandalose violantes ecclesias, graviter percutientes clericum, incendiarii, usurarii publici, notorii percussores Episcopi vel Cardinalis, etc. Secus, si excommunicatio sit contracta ob alia peccata non ita gravia; et hoc currit tam in foro interno quam externo; ita communiter Palaus, Salmant., etc.

»Requiritur 3.º, ex cap. *Per tuas, de sent. excom.*, ut censuratus absolutionem petat; ibi: «Nisi gratiam absolutionis imploret, non debet audiri, ne sententiam ecclesiasticam contemnere videatur.» At quia textus dicit *non debet*, non autem *non potest*, ideo bene docet Sanctus Thomas (3.ª p., q. 54, art. 2), quem sequuntur Pal. et Coninch., Avil., etc., cum Salmant., censuratum, modo sit emendatus a peccato, etiam renitentem valide posse absolvi.

»Hinc autem notandum 1.º, quod, si reus non sit emendatus, et peccatum habeat tractum successivum, ut hæresis, furtum, non potest, absolvi nisi a ferente censuram; secus tamen, si peccatum non habeat tractum successivum, ut perjurium, blasphemia, ut Contin. Tourn., Salmant., etc. Notandum 2.º, cum Roncag. et Salmant., etc., quod aliquando ex justa causa etiam licite datur absolutio

(1) Aquí se explica con claridad lo que significan aquellas palabras que ponen los autores, de que el que absuelve de una censura debe exigir del absolviendo que haga juramento de *parendo mandatis Ecclesie, vel excommunicatoris*; esto es, de no volver á cometer el crimen por el cual incurrió en la censura.

censurato adhuc contumaci, puta, ob bonum publicum, vel ut reus facilius resipiscat. Notandum 3.º, quod, si privilegium sit factum pœnitentibus, prout in jubilaço, ubi datur eis facultas eligendi sibi confessarium à quo absolvantur, tunc nequit absolvi invitus, quia usus privilegii pendet a voluntate privilegiati; ita Pal., Tourn., Cornejus apud Salmant., etc. Secus, si privilegium sit in favorem confessariorum, ut sunt privilegia regularium, prout recte notant Salmant. cum Anton. à Spir. Sancto. Notandum 4.º, quod aliquis pluribus censuris innodatus posset absolvi ab una, et non ab aliis; quare si censuratus unius petat absolutionem, dolose alias celando, ab illa tantum censetur absolutus, nisi superior aliud exprimat, ex cap. *Cum pro causa*, et cap. *Officii, de sent. excom.* Si autem sine dolo alias celasset, judicatur absolutus ab omnibus, nisi constet absolventem aliud intendisse; ita Salmant. cum Cand., Gibal.

»Et hæc absolutio valet etiam pro foro externo, si absolvens jurisdictionem habet in contentioso; si vero in foro conscientie tantum sive in sacramento Pœnitentie jurisdictionem solum habet, tunc reus qui omiserit confiteri inculpabiliter peccatum cui annexa erat censura reservata, poterit tantum pro foro conscientie a quocumque postea absolvi, ut cum Busemb. dicunt Salmant. cum Coninch., Avil., Gibal., etc. Idem dicunt ibi cum Navarro, Cov., Sylv., etc., de absolutione generali quam prælati impertiuntur suis subditis in visitatione. Excipiunt tamen cum Bonac., Avila, etc., si aliqua censura exposcat satisfactionem partis; quia tunc non præsumitur prælatus velle ab illa absolvere contra juris præscriptum, et in alterius præjudicium; ita præfati auctores, et quidem probabiliter; sed (lib. 5, num. 597) probabilius esse diximus cum Suar., Sylv., Conc., Antoine et aliis quod pœnitens con-

fessus superiori, etiamsi inculpabiliter fuerit oblitus peccati reservati, non est ablata reservatio, quia reservatio imposita est, ut culpæ cognoscantur a superiore, utque debitis pœnitentiis puniantur, monitisque in futurum vitentur. Secus vero dicendum, si privilegium sit ipsi pœnitenti concessum, ut in jubilaço, etc.» (En la bula de la Cruzada.)

A continuación, en el núm. 132, pregunta el Santo Doctor: «An autem valeat absolutio, quando datur ob falsam causam, nempe, si iudex absolvat, quia reus dicit jam se emendatum, vel parti satisfacisse, quod verum non sit?» y responde: «Respondetur negative, si deficiat causa principalis; secus, si minus principalis; vel si iudex certo conscius sit falsitatis, ut Suar., Bon., ac Salmant. communiter.»

Entre las cosas que afirma San Ligorio en los párrafos anteriores, en el núm. 128, una de ellas es la siguiente: «Reus tamen qui non est solvendo nec in toto nec in parte, debet cautionem præstare, si potest; alias, saltem juramentum solvendi, cum poterit;» de cuyas palabras parece inferirse que el que no puede pagar de presente, no cumple con el juramento solo, sino que, si puede, debe dar fianza, y en el caso de que no pueda darla, entonces bastaría el juramento.

Esto mismo dice Grosin (trat. X, cap. 4, pregunta 12). He aquí sus palabras: «¿Qué quiere decir *satisfacta parte*?—R. Que si la excomuniòn es porque no paga alguna deuda, que la pague; y si no puede, que dé *prenda*, y si no la *tuviere*, que dé *fiador*, y si no, á lo menos, que preste juramento de pagar en cuanto pueda. Y si la excomuniòn es por haber puesto manos violentas en algún clérigo, *satisfacta parte* quiere decir que le pida perdón por sí ó por tercera persona; y si estuviere ausente el clérigo, bastará escribir una carta, y no es necesario

esperar la respuesta para absolverle. Dije *para que sea lícita la absolución*; porque si de hecho le absuelve el confesor sin prevenirle lo dicho, ó por olvido, ó por ignorancia, *será válida la absolución*, con tal que el reo tenga ánimo de satisfacer, como está obligado en conciencia.»

En cuanto á las últimas palabras de Grosin, esto es, que es válida la absolución *non satisfacta parte*, no se olvide lo que queda dicho con las palabras de San Ligorio, cuando la facultad de absolver se da *bajo la condición* de que se absuelva *satisfacta parte*. En cuanto á si es ó no válida la absolución de la censura *non satisfacta parte* cuando la absolución se manda dar *satisfacta parte*, se trató latamente en lo que queda dicho.

Diré ahora lo que me ocurre sobre si al que no puede satisfacer le basta jurar que lo hará cuando pueda, ó es necesario que dé *prenda ó fianza*, si le es posible, y que solamente en defecto de esta posibilidad, le basta el juramento. Bien se deja ver la muy notable diferencia que hay entre que pueda bastar el juramento de dar satisfacción cuando se pueda, y entre que el juramento no baste sino cuando no sea posible dar prenda ni fianza.

Ahora bien; Benedicto XIV, en su constitución *Convocatis*, dice así: «Ab occultis censuris ob partem læsam incursis (*confessarii*) non prius absolvant, quam parti læsæ pœnitens satisfecerit; vel si prius pœnitens nequeat, non eum absolvant, nisi juret se satisfacturum cum primum poterit;» donde al que no puede pagar de presente, tan sólo le exige juramento.

Scavini (edición de 1874, tomo 1, núm. 831), hablando de lo que ha de observar el que ha de ser absuelto de censuras, dice así: «2.º Ut primum satisfaciat parti læsæ, in cujus damnum commissum est crimen cum censura (nisi pars remittat): *quod si non*

possit, juret se quamprimum poterit satisfactionem daturum.» Aquí se ve que Scavini, en el lugar citado, al que ha de ser absuelto de la censura y tiene que dar satisfacción á la parte dañada, en el caso de que no tenga posibilidad de hacerlo, no exige que el que le ha de absolver le pida prenda ó fianza, sino tan sólo el juramento de que se *quamprimum poterit satisfactionem daturum.*

Por último, los autores citan como fundamento de la obligación que tiene el que no puede satisfacer de dar alguna caución, el cap. 3 del Derecho canónico que comienza Oduardus (Decret. Greg., lib. 3, tit. 23), donde se trata de un clérigo llamado Oduardo, á quien los acreedores querían que se excomulgase porque no pagaba una deuda que él reconocía; pero Gregorio IX dió la siguiente sentencia en 1235:

«Mandamus, quatenus si constitit quod prædictus Oduardus in totum vel pro parte non possit solvere debita supradicta, sententiam ipsam sine difficultate qualibet relaxetis, recepta prius ab eo idonea cautione, ut si ad pinguiorem fortunam devenierit, debita prædicta persolvat.»

La dificultad pudiera encontrarse solamente en la inteligencia de aquellas dos palabras *cautione idonea*; pero se explica bastantemente leyendo la inscripción del citado capítulo, que compendia lo contenido en el texto. Dice así: «Caput III.—Si clericus non habeat unde satisfaciatur suis creditoribus, non debet excommunicari, nec aliter molestari; præstabit tamen cautionem saltem juratoriam de solvendo, cum venerit ad pinguiorem fortunam.» En cuyas palabras se dice que la caución juratoria basta para cumplir lo que aquí ordena el Papa.

Me he detenido sobre este punto, porque puede suceder muy bien que, terminada la confesión de un penitente que incurrió en alguna censura que exige dar satisfacción á la parte per-

judicada, el penitente no pudiese de presente dar la satisfacción debida, pero prometiese con juramento sinceramente satisfacer cuanto antes pudiese, en cuyo caso el confesor *desde luego* le podría absolver; pero si se exigiese prenda ó fianza (si el penitente podía darlas), tendría que suspender la absolución hasta que lo verificase, originándose de aquí dilaciones y molestias para el confesor y para el penitente.

Por último, la palabra *caución* es término jurídico. El Sr. Escriche la explica de esta manera: «Caución: la seguridad que da una persona á otra de que cumplirá lo pactado, prometido ó mandado. Esta seguridad se da presentando fiadores, obligando bienes ó prestando juramento: ley 10, tit. 33, Part. 7.ª» En esta definición se dice: presentando fiadores, obligando bienes (nótese bien) ó prestando juramento: de modo que usa de la conjunción disyuntiva *ó*, en que parece denotar que basta el juramento para dar caución suficiente.

En vista de todo lo expuesto, me parece bastante probable que, cuando el censurado no puede dar satisfacción, le basta el juramento de darla cuanto antes pueda: 1.º, por la autoridad de los graves doctores que esto enseñan; 2.º, porque San Ligorio, en el lugar citado, unas veces dice que, si no puede satisfacer, dé prenda ó fianza, ó al menos haga juramento de satisfacer cuanto antes pueda: otras tan sólo dice que, si no puede satisfacer, jure hacerlo cuando pueda.

* Marc resume en pocas palabras todas las condiciones que se requieren por parte del que ha de ser absuelto de las censuras en el núm. 1287: «Ex parte absolventi requiritur imprimis, ut ipse absolutionem petat; deinde ut impleat omnes condiciones sive generales, sive speciales, quæ in Rescriptis apponi solent. Conditiones autem generales, quæ solent exprimi sub hac formula: *injunctis de*

jure injungendis sunt sequentes: 1.º Ut reus parti læsæ prius satisfaciatur, v. gr., Ecclesiæ, cujus bona usurpavit, vel si satisfacere tunc nequeat, sufficientem cautionem præbeat, aut, si ne hoc quidem præstare valeat, saltem juret se, quamprimum, satisfacturum. 2.º Ut scandalum, se si publice datum fuerit, meliori quo poterit modo, reparet, juxta prudens Ordinarii, vel confessarii judicium. Ita S. Pœnitentiaria, 10 Dec. 1860. Ratio, quia reparatio scandali est necessaria de jure divino. Item dicendum de remotione occasionis peccandi, si requiratur. 3.º Ut absolvendus a censura, speciali modo reservata, emittat promissionem (in foro autem externo juramentum) standi mandatis Ecclesiæ, ut dictum est num. 1282. 4.º Utræstet juramentum de crimine non amplius perpetrando, si crimen sit valde enorme, ut esset, v. gr., notoria percussio Episcopi vel Cardinalis, gravis percussio clerici, scandalosa Ecclesiæ violatio, etc. 5.º Ut imponatur et accipiatur salutaris pœnitentia, præter sacramentalem satisfactionem.» *

ARTÍCULO IX

De las causas que excusan de incurrir en las censuras.

3250. Todo lo que excusa de cometer culpa, excusa de incurrir en la censura; por lo tanto, la ignorancia invencible, ya sea de hecho, ya sea de derecho, excusa de incurrir en la censura. Es ignorancia *juris* ó de derecho, cuando se ignora que haya ley que prohiba la acción: y no basta que la acción sea contraria al derecho natural ó divino; es necesario que sepa también estar prohibida por la Iglesia, y además que está prohibida bajo censura. Esta es doctrina común, como dice San Ligorio (lib. 7, número 43); «quia alioquin deest contumacia,» si no sabe que está prohibida

por la Iglesia: «Imo scire debet illud sub censura prohibitum esse, alias non incurrit; quia alias tunc deest adhuc contumacia et contemptus censuræ.»

Escoto y algunos otros autores dijeron que la ignorancia invencible *juris* no excusaba de la censura, cuando la acción era contra el derecho natural ó divino, porque éste ofendía á Dios; pero, como muy bien le responde Domingo Soto, in 4 *Sent.*, dist. 22, q. 1, art. 1, «iste non audit Deum, sed tamen non contemnit Ecclesiam.»

Dice muy bien el doctísimo maestro Domingo Soto: Jesucristo (Matth., cap. 18, v. 17) no dijo: «Si Deum non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus;» sino: «Si Ecclesiam non audierit.»

Algunos dijeron que la ignorancia *juris* no excusaba de incurrir en la censura, porque todos deben saber el derecho; pero esta opinión está anticuada, porque aun los hombres sabios ignoran muchas veces invenciblemente algunas censuras del derecho, ó se olvidan inculpablemente de ellas.

Excusa igualmente la ignorancia invencible *facti*, como cuando uno hiera á un clérigo creyendo invenciblemente que es lego: esto es también indudable. Lo dicho en el párrafo anterior y en el presente se prueba por la siguiente declaración de Bonifacio VIII, dada en Roma en 1301, que dice así: «Ut animarum periculis obvietur, sententiis per statuta quorumcumque Ordinariorum prolatis, ligari nolumus ignorantes: dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit aut supina.»

Algunos autores, aunque pocos y sin fundamento, dijeron que Bonifacio VIII en la anterior declaración tan sólo hablaba de las censuras impuestas por los Obispos; pero esta opinión se puede llamar anticuada, porque, como dice Reiffenstuel, lib. 5 *Decretal.*, tit. 39, de *sent. excom.*) con la sentencia común: «Quæ decisio, cum